Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36554
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



respexeris retro. Id est ad priora extendere, dimisit Sodoma.
Ne reuertaris in Sodoma. Omnis iniquitatis atque peccata ne egre
diaris ad ea. Ne steteris in tota regione, et ita precedens imperii
custodieris in quo dictum est. Ne respexeris retro non tibi sufficiat ad
salutem. Nisi et consequens obseruauerit ne steteris in tota regione.
Non enim expedit incipiente pficere. uste et in regionib: Sodomorum.
Et ita Sodoma transcendisti. Et a satanae regione discedens in
capis liber. et supplicius expeditius saluetur in montem. Ne
respexeris retro. Ne steteris in tota regione. in monte saluum
te fac ne forte conprehendaris, sicut a Sodomorum ruina
non conprehendi. ne conuertaris retro. Ne steteris in region
eorum. Ne ad alia pergas loca. sed cum inde discesseris ascende
montem. in quo solo salus est. montem dni nihil. Cui est gloria
et imperium in saecula saeculorum. Amen. Sunt ecc.
XXIII ABEO LOCO IN QUO SCRIPTUM EST
Cum ibi ego mitor usq: ad eum locum in quo ait. Si conuer
sus fueris et restituam te.
Medici corporum aegrotantib: adsistentib: et iuxta disci
plinam artis suae uolentes curare eos qui in firmita
tib: constituti sunt uident tristia. iniocunda praestant
et inalienis calamitatib: meroreppri o conficiuntur, semp
enim conuersatio eorum in gemitu semp in curis est. Nu
quam cum laetis consortium habent cum uulneratis. cum his
quorum carnes incomodis uarius debilitantur. qui febribus
aestuant. qui dolore torquentur. iugi seruitio pseuerant.
et si qui eorum uulte implere medicina. Non indignatur
non obliuiscitur propositi artis suae. Postquam cum his
fuerit quos sermo praefatus est, haec idcirco in proemio
diximus quia et prophetae medici quodam modo sunt ani
marum. et illuc semp ire iubebantur ubi languentes sunt.